

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1855

Auteur(s) : Foulques, Marcilley (seigneur)

Bénéficiaire(s) : Marcilly-sur-Eure, Notre-Dame du Breuil-Benoît (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1213, avril

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Foulques, seigneur de Marcilley, fait savoir d'avoir vu et examiné les chartes de son grand-père et son père dans lesquelles ils avaient cédé en perpétuelle aumône à l'abbaye Notre-Dame du Breuil-Benoît toutes les donations faites par leurs ancêtres et ajouté d'autres donations à Breuil. Pour cela ils ont reçu 100 livres de Dreux.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Xivrey Jules-Berger de, *Recherches historiques sur l'abbaye du Breuil-Benoît au diocèse d'Évreux*, Paris, Typographie de Firmin Didot Frères, 1847, Pièces justificatives, n° V, 118-119.
- b. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa, t. XI*, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta ecclesiae Ebroicensis, n° XV, col. 142-143.

Dissertation critique

Entre les 14-30 avril 1213 : Pâques tombe le 14 avril en 1213.

Texte établi d'après b

Universis Christi fidelibus præsentibus literas inspecturis, ego Fulco dominus de Marcilleio, notum facio me donationes et concessionem bonæ memoriæ Fulconis videlicet avi mei et Fulconis patris mei, quondam dominorum de Marcilleio, chartis suis expressas verbum ad verbum sicut inferius sunt notatæ diligenter inspexisse. Universis fidelibus præsentibus et futuris notum sit, quod Fulco de Marcilleio, et Joannes filius Philippi, et Philippus filius Pagani, concesserunt abbatiæ beatæ Mariæ sanctique Joannis Baptistæ de Brolio, et monachis ibidem Deo servientibus, in eleemosynam perpetuam, quæcumque antecessores ipsorum eidem abbatiæ ante donaverant, videlicet sedem ipsius abbatiæ, virgulta, vineas, hortos, et fossata, et totam terram, et pratum de Ulmo, et ductum aquæ molendini sursum et deorsum, et a virgulto sursum usque ad alveum fluminis Auduræ piscationem ita liberam, quod nemo nisi per monachos ibi piscari præsumet. Addiderunt etiam ad donationes istas Brolium totum juxta abbatiam, et terram in qua est ipsum Brolium, et de terra plana circa ipsum octo pedes ad faciendum fossatum ad clausuram ipsius: et sciendum quod fontem in ipso Brolio Fulco de Marcilleis in dominio suo retinuit, et viam congruam ad ipsum juxta rivum ipsius. Pro hac antiqua decessorum suorum eleemosyna confirmanda et nova Brolii donatione præfati milites habuerunt de caritate abbatis centum libras Drocenses. Donavit quoque præfatus Fulcoius jam dictæ abbatiæ duos modios vini apud Meden, et dimidiam decimam vini vineæ suæ de Marcilleio: hæc omnia ita libere et quiete præfata abbatiæ sunt donata et concessa, ut sicut cimeterium vel altare libere et secure ea possideat. Auctum est hoc concessione Burgæ matris jam dicti Fulconis et sororis suæ Gersendis, necnon et uxoris suæ Emmelinæ, Roberti quoque fratris Joannis, etc. Hæc autem omnia supradicta Simon de Aneto ad

cujus feodum pertinent, concessit, et Joannes filius ejus, etc. Actum anno gratiæ millesimo ducentesimo tertio, decimo mense Aprilis.